DE PHÆDRO EPICUREO

SIVE

DE ROMANIS EPICURI SECTATORIBUS

CIRCA CÆSARIS TEMPORA.

> Kein Zeitabschnitt im Leben des römischen Volkes erscheint einem freien Studium der Philosophie günstiger als derjenige, in welchen das Leben Cicero's fällt.
>
> AD. STAHR. *Aristoteles bei den Römern.*

DISSERTATIO ACADEMICA.

PARISIIS,

EXCUDEBAT Vᵃ DONDEY-DUPRÉ,

VIA SAINT-LOUIS, 46.

—

1841

DE PHÆDRO EPICUREO

SIVE

DE ROMANIS EPICURI SECTATORIBUS

CIRCA CÆSARIS TEMPORA.

> Kein Zeitabschnitt im Leben des römischen Volkes erscheint einem freien Studium der Philosophie günstiger als derjenige, in welchen das Leben Cicero's fällt.
>
> AD. STAHR. *Aristoteles bei den Römern.*

DISSERTATIO ACADEMICA.

PARISIIS,

EXCUDEBAT Vve DONDEY-DUPRÉ,

VIA SAINT-LOUIS, 46.

—

1841

ORNATISSIMO

AC DILECTISSIMO VIRO

CAROLO CAYX,

IN ACADEMIA PARISIENSI INSPECTORI,

HONORATÆ LEGIONIS EQUITI,

LEGATORUM POPULI IN CONCILIO SEDENTI,

MAGISTRO MEO EIDEMQUE AMICO,

AMICITIÆ GRATIQUE ANIMI PIGNUS

D. D. D.

A. OLLERIS.

PARIS. — Imprimerie de Mme Ve DONDEY-DUPRÉ, rue Saint-Louis, au Marais.

DE PHÆDRO EPICUREO

SIVE

DE ROMANIS EPICURI SECTATORIBUS

CIRCA CÆSARIS TEMPORA.

Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloria; jacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur [1]. Ea præcipue causa fuit, cur cæteris disciplinis sensim emergentibus ex contemptu quo Romæ delituerant, una philosophia jacuerit usque ad Cæsaris ætatem, nec ullum habuerit lumen litterarum latinarum [2]. Tunc vero secundis rebus omnes Romam irruperunt philosophicæ doctrinæ, nec ullo jam senatus consulto censoriove edicto [3] prohibente, undique concurrentes Græci illas prædicabant. Adfuerat jam Epicuri ratio [4]; et quibusdam editis libris commota multitudo se ad eam potissimum contulerat, sive quod erat cognitu perfacilis, sive quod invitabat illecebris blandæ voluptatis, sive etiam quia nihil prolatum erat melius; illud quod erat, tenebant [5].

Hujus doctrinam exposuere alii summa cum eruditione [6];

[1] Tusc. l. I, c. 2.

[2] Tusc. l. I, c. 3.

[3] Suet. De Cl. Rh. I.

[4] Epicureum Albucium sæpe irridet Tullius, De fin. I, c. 3. De eo fusius tractavit Bayle, art. Albucius.

[5] Tusc. l. IV, c. 3.

[6] Gassendi.

mihi autem, quæ, Cæsaris ætate, vita fuerit Epicureorum latinorum enarrare in animo est. Quidquid ex oratoribus, poetis vel historicis colligere licuit, excerpsi, nullo tamen locupletiore usus auctore quam Tullio; agitur enim de coævis. Ut me non deserat lucidus ordo, et ista tanquam disjecta membra in unum coadunentur, sic tripartitum opus disponere placet.

Quæram primo : quis fuerit Romæ Græcorum vivendi modus ; quinam Romæ notissimi ex græcis Epicuri discipulis ; quæ Phædri auctoritas ;

Mox, quam multi exstiterint Romæ latini rationis epicureæ æmuli, quænam illorum opera, quod vitæ genus, quæ hac tempestate fortuna ;

Denique, cur Tullius, quem cum Epicureis conjunctissime versatum fuisse probabitur, tanto Hortum odio prosecutus fuerit.

I.

Non sine aliquo cœlesti mentis instinctu ac divino quodam spiritu fuerunt illi poetæ, historici et philosophi, quibus gloriatur et quos merito libera jactat Græcia. Subactæ vero omnia defuerunt [1]; nulla patria, nulli omnino Dii. Unum retinuerunt : illud nempe ingenii acumen, unde tantus olim eis honos, tunc vero nil plerumque nisi dedecus redibat, utpote vilibus quasi mancipiis datis addictisque victori. Non jam enim virtuti, nec liberalibus disciplinis, sed pecuniæ tantum inservientes, id unum studebant, quomodo turpem paupertatem effugerent [2]. Quæcumque illis bonæ pravæque artes suppetebant;

> Ingenium velox, audacia perdita, sermo
> Promptus et Isæo torrentior [3],

Dolus, industria, assentationes, eas omnes in id convertebant, ut patronorum avaritiæ nummulos subducerent.

> Ede quid illum
> Esse putes, quemvis hominem secum attulit ad nos.
> Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,
> Augur, schœnobates, medicus, magus : omnia novit.
> Græculus esuriens in cœlum, jusseris, ibit [4].

[1] *Introduct. de M. Le Clerc* au disc. Pro Archia poeta, pag. 16 et seq. — « Eine Nation waren sie (die Griechen) nicht mehr, und mit der Freiheit war auch die Erfindungskraft und der eigne Aufschwung des Geistes verloren. » — Fr. v. Schlegel, Gesch. der Alten und Neuen Litteratur. Erste Vorlesung. s. 26.

[2] Τὸ χαλεπώτατον τῶν ἐν τῷ βίῳ, τὴν πενίαν διαφυγεῖν ζητοῦντες. Lucian. De merc. cond. p. 220.

[3] Juvenal. Sat. III.

[4] *Ibid.*

Ad exoptatum tendenti finem, nullam nec contemptus nec contumeliæ moram injiciebant. Aliam alii viam ingrediebantur, aliam alii disciplinam exercebant, sed omnibus idem erat amor habendi. Ut de eâ primum arte loquar quam, licet in tanto esset fructu, romana gravitas maxime contemnebat, jampridem Cato medicos, quum, quas olim Romæ partes essent acturi, præsensisset, insigni quadam præ omnibus Græcis infamia notaverat. Ad filium scribebat : « Nequissimum et indocile genus illo-
» rum : et hoc puta vatem dixisse : quandocumque ista
» gens suas litteras dabit, omnia corrumpet. Tum etiam
» magis si medicos suos huc mittet... Interdixi tibi de
» medicis. »

Interdicenti vero non paruit Roma, auctoritas enim aliter quam græce hanc artem tractantibus etiam apud imperitos expertesque linguæ non erat. Cuicumque medicum se professo statim credebatur, quamvis, præter proprium hujus artis periculum, alia multa ab istis hominibus formidanda essent. Quid enim, exclamat Plinius, venenorum fertilius, aut unde plures testamentorum insidiæ[1], plurave adulteria?

Ut funesti minus, sic multo magis ridiculi, qui pædagogos agebant; nec patrono tantum aut ejus uxori, sed liberis etiam et amicis servisque erant ludibrio. Illos probe exagitavit verissimeque descripsit Lucianus in his quæ edidit περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.

Quid vero de poetis, philosophis cæterisque scriptoribus græcis hujus ætatis dicam qui :

> Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
> Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis,

[1] Plin. l. xxxix, c. 8.

Esquilias, dictumque petunt a vimine collem,
Viscera magnarum domuum dominique futuri[1].

Non ad hoc sane poetarum genus attendit Tullius, quum poetam prædicat natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari. Non illos Ennius sanctos appellat poetas. Non horum erat philosophia, Deorum, ut Plato ait, donum, ut Tullius, inventum[2]. Magnatum obsident domos, ambiunt favorem. Magnates vero, quos juvat speciem quamdam liberalitatis induere, Græcos mercede conducunt. Juvat enim mane salutantum inter undas palliatum barbatumque videre; juvat quemdam discumbere, qui jussus, quum litteram scripserit nullam, magnum numerum versuum de his ipsis rebus quæ tum agantur dicat ex tempore; qui revocatus eamdem rem dicat, commutatis verbis atque sententiis[3]. Juvat in via Græcum adesse, cujus humeris innitatur, cui quidquid libuerit aure susurret, qui stultissima etiam laudet jactatis manibus[4].

Si qua Romanus gesserit digna posteris, si Trallas, Alabandasve expugnarit, instant Græci, nec prius molestiam exhibere desistunt, quam detur quod ornent[5]. Hucne reciderunt, hominum turpissimi, sanctæ illæ patrum vestrorum artes! Adeo ne periit apud vos Herodoti et Thucydidis memoria!

Maximo tunc Romæ erant in honore græci homines quum libertini tum ingenui. Neminem fugit quanto affectu Tironem persecutus fuerit T. Cicero, Statium Quintus. Domini animum capiebant libertini, et quocumque vel-

[1] Juv. Sat. III.
[2] Pro Arch.
[3] Pro Archia.
[4] Vid Lucian. loc. citat. et Juvenal.
[5] II, ep. 1, Ad Attic.

lent trahebant. Modeste quidem familiaritate illa usus est Tiro, non autem Statius. Inimicitias patrem inter et filium, maritum inter et uxorem fovebat, si ex Tullii litteris conjectare licet. Se rebus etiam publicis plus æquo immiscebat, et inde Tullii dolor. Sic enim ad fratrem : « Quod autem me maxime movere solebat, quum audie» bam Statium plus apud te posse, quam gravitas istius » ætatis et imperii prudentia postularet; quam multos enim » mecum egisse putas, ut se Statio commendarem? Quam » multa autem ipsum ἀφελῶς mecum in sermone ita pro» tulisse, *id mihi non placuit, monui, suasi, deterrui*[1]. »

Nec ea solum libertinis auctoritas; sæpe majorem ingenui usurpabant. Suus enim cuique Romano Græcus, in urbe, in legationibus, in castris[2]. Apud Dolabellam Nicias, apud Cæsarem Theopompus, apud Pompeium plurimum poterat Theophanes. E Theophane expiscatur Tullius, quonam animo sit Alabarches[3]. Pompeius videbatur in Hispaniam certe iturus; quod quum Tullio minime probaretur, Theophani facile persuasit nihil esse melius quam nusquam illum discedere; et, quæ erat Græci auctoritas, sibi satis assecutus esse videbatur, si Theophanes incumberet[4].

Græcis referta erant Pompeii castra, qui omnia dirigebant consilia, et si quis inde profectus Romam rediret, id ab eo præcipue quærebatur, quæ Græcia loqueretur, quæ Theophanes[5]? Nec tamen nimis exquirat à Græcis Pompeius : fallaces sunt permulti et leves et diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi[6]. Sæpe me

[1] Ad Quint. frat. I, ep. 2.
[2] Plutarch. passim, in Brut. in Lucull. etc , etc.
[3] II, ep. 17, Ad Att.
[4] V, ep. 11, Ad Att.
[5] Ad. Att. VII, ep. 18.
[6] Ad Quint. frat. I, ep. 1.

pertæsum est, ait Tullius, levitatis, assentationis, animorum non officiis, sed temporibus servientium[1]. Velim ut tibi amicus sit Dionysius, scribit idem Attico, hoc quum tibi opto, opto ut beatus sis; erit enim tamdiu[2]. In prosperis rebus nihil jucundius Græculis istis, nil quod facilius domini ad exemplar fingatur.

Hactenus de Græcis omnibus qui Romæ versabantur, nunc quærendum est quinam notissimi tunc temporis ex Græcis Epicuri discipulis fuerint. Primus occurrit Philodemus Gadaræus[3], de quo sic loquitur Cicero in ora-

[1] Ad Quint. frat. I, ep. 2.

[2] Lib. X, ep. 16.

[3] Strabon, l. XVI.

Philodemi de patria, ætate, disciplina scriptisque fuse et erudite disputavit Car. Rosinius, præfat. ad Libr. de musica, p. 1 sqq.; ubi præter Epicureum commemorat Philodemum Pythagoreum, Locris in magna Græcia natum; tertium Opunte in germana Græcia; quartum Lampsaco oriundum. Inter recentiores, nostri meminerunt Turneb. Advers. XXI, 15; Menag. in Diog. Laert. X, 3, p. 259; Jonsius, Hist. philosoph. II, 18; Heisk. Notitia poetarum anthologicorum, quæ exstat in edita ab eo Anthologia Cephalæ; Sam. Petit. Obs. I, 9; Dan. Heinsius, De satira Horatiana; Fabric. Bib. gr. III, p. 609, Harl; Chardon de la Rochette, Mélanges, t. I, p. 196, etc.

Vide Gros Philodemi Rhetorica, p. CXII sqq.

Nemini sane tædio erit, quod hoc inscripserim Philodemi epigramma. De illo inter doctos multum disputatum est, quod sic restituit Chardon de la Rochette, t. I, p. 220, loc. cit.

Ξανθ' ὦ κηρόπλαστα, μυρόχροε, μουσοπρόσωπε,
Εὔλαλε, διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα πόθων,
Ψιλοῦ μοι χερσὶ δροσιναῖς μύρον· ἐν μονοκλίνῳ
Δεῖ με λιθοδμήτῳ δή ποτε πετριδίῳ
Εὕδειν ἀθανάτως πουλὺν χρόνον· ᾆδε πάλιν μοι,
Ξανθάριον, ναὶ, ναὶ, τὸ γλυκὺ τοῦτο μέλος.
Οὐκ ἀΐεις ὦ 'νθρωφ' ὁ τοκσγλύφος; ἐν μονοκλίνῳ
Δεῖ σε βιοῦν αἰεὶ, δύσμορε, πετριδίῳ.

tione adversus L. Calp. Pisonem : « Est quidem Græcus (Philodemus), qui cum isto (Pisone) vivit, homo, vere ut dicam, sic enim cognovi, humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum..... Is dedit se in consuetudinem, sic ut prorsus una viveret, nec fere ab isto unquam discederet. Admissarius iste, simul atque audivit, a philosopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est : sic suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinniit, ut non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur. Græcus primo distinguere atque dividere illa, quemadmodum dicerentur : iste claudus quomodo aiunt, pilam; retinere quod acceperat, testificari, tabulas obsignare velle... Quid multa? Græcus facilis et valde venustus, nimis pugnax contra senatorem populi romani esse noluit. Est autem Philodemus non philosophia solum, sed etiam litteris perpolitus. Poema porro facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. In quo reprehendat eum licet, si qui volet, modo leviter, non ut impurum, non ut improbum, non ut audacem, sed ut Græculum, ut assentatorem, ut poetam. Revocare se non poterat familiaritate implicatus; et simul inconstantiæ famam verebatur. Rogatus, invitatus, coactus, ita multa ad istum de isto scripsit, ut omnes hominis libidines, omnia cœnarum genera conviviorumque, adulteria denique ejus, delicatissimis versibus expresserit.... Qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior et gravior esse potuisset. »

Ex istis Tullii verbis, nec alium de hujus philosophi moribus testem apud veteres habemus, conjicere licet, quum præsertim mox eum optimum hominem idem vocet orator, Philodemum, ut non alienum prorsus a communibus istis quæ descripsimus Græcorum vitiis, sic tamen

non tantum ingenti laude inter alios eminuisse, sed etiam polita quadam morum elegantia, qua adjuvante, nisi in talem incidisset discipulum, digniores philosophiæ partes forte sustinuisset

Ut Philodemus, ita Syro plurimum doctrinæ auctoritate valebat. Ad eos præcipue quæ ipsis inter disputandum objiciebantur referre solebant Romani, quippe qui multo paratiores erant [1]. Omnia meminerat Epicuri dogmata Syro [2], quum optimus vir, tum doctissimus homo. Ciceroni adeo placebat, ut eum amicum vocaret, et se apud eum prædicari valde exoptaret [3].

Hi quidem Romæ vivebant; et cum eis sane Statyellus, Bruti amicus [4], Athenis autem Zeno Sidonius, Phædrus et Patro magistrorum Horti seriem continuabant [5]. Magno eos studio audiebat juventus, non prorsus tamen gravitati romanæ placebat Zeno. Magna quidem voce, distincte, graviter, ornate dicebat, et eum ! hilo coryphæum appellare Epicureorum solebat [6]. Sed acriculus ille senex nimis iracunde agebat, dissentientes philosophos contumeliis et probris omnibus afficiens.

Stomachabatur etiam Phædrus si quid asperius diceretur [7], illius tamen magna apud Romanos auctoritas. Hic primum Tullio philosophiæ magister fuerat et antequam Philonem cognovit, illi valde ut philosophus, postea, quum jam non ejus doctrinam laudaret, ut vir bonus et

[1] De Finib. II, c. 35.
[2] Acad. II, 33.
[3] Ad famil. VI, ep. 11.
[4] Plutarch. in Brut.
[5] Brucker.
[6] De Nat. D. I, c. 21.
[7] De Nat. D. I, c. 33.

suavis et officiosus probabatur [1]. Phædrum et Zenonem frequenter audivit cum Attico suo, qui quidem utrumque admirabatur, Phædrum autem etiam amabat et unice diligebat [2]; hoc enim nihil elegantius, nihil humanius [3]. Marci Pisonis peripatetici amicus fuit [4], et tam nobilem sui reliquit memoriam ut, propter merita patris, laudatus fuerit filius Lysiades [5].

Patronem à Phædro traditum, commendatumque habuit Tullius. Sibi cum hoc Græco omnia communia esse scribit, nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentiat. Rursusque Patro Romæ Tullium colebat in primis, et eum habebat suorum defensorum et amicorum fere principem. Hac se dignum opinione præbuit Orator, quum Philosopho Memmium placare conatus est, et ab eo impetrare ut Patroni nescio quid Epicuri parietinarum concederet; quæ res Græco ita cordi erat, ut in hac petenda, honorem, officium, testamentorum jus, Epicuri auctoritatem, Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia summorum hominum, sibi tueri videretur [6].

Quum docendo tum scribendo Epicuri rationem propagabant illi græci philosophi. Librum scripsit Phædrus Περὶ φύσεως ϑεῶν. Hunc habebat Atticus, hunc perlegit Cicero et, auctore De Murr, multa ex eo in suum *De Natura Deorum* opus transtulit [7]. De qua re nemo dubitabit, si modo hæc manca et nota parum, quæ nuper Herculani

[1] Ad Fam. XIII, 1.

[2] De Fin. I, c. 5, et V, c. 1.

[3] De Nat. D. I, 33.

[4] De Fin. V, 1.

[5] Philip. V, c. 5.

[6] Ad Fam. XIII, ep. 1.

[7] Er war ein Freund des Cicero, welcher vieles daraus in seinen Büchern *De Natura Deorum* übersetzte. — Ap. Christ. Petersen.

reperta sunt fragmenta, legere voluerit. Cuinam auctori adscriberentur incertum erat, probavit autem Christianus Petersen, hæc Phædri epicurei opus fuisse [1]. Quum enim plurima de Phædri auctoritate dixerit, addit : « Ex epi- » stolis Ciceronis ejusque ad singula opera prooemiis viri » docti eruerunt, plurimos de philosophia libros ab eo » scriptos esse A. U. 708 et 709, quum Cæsar rebus Ro- » manis præesset. Altera academicorum recensione me- » dio anno 708 absoluta, ad libros de Finibus bonorum » et malorum componendos se convertit, inde ad Quæs- » tiones Tusculanas, quibus perfectis, libros De Natura » Deorum et De Divinatione conscripsit, et ante Cæsaris » mortem absolevit. At quo consilio hæc disputo? Nempe » ut demonstrem, ex epistolis eodem tempore scriptis » cognosci posse, quibus ad quodque opus libris maxime » usus sit. Ita videmus posteriore A. 708 parte, quo tem- » pore epistolæ libri XIII ad Atticum scriptæ sunt, Cice- » ronem ab Attico suo ep. 8 petiisse Panætii libros Περὶ » προνοίας, quos De N. D. II 46 et De Div. 1, 3, 7, II, » 42 adhibitos invenimus, ep. 32 Dicæarchi libros plu- » res, quos in Quæstionibus Tusculanis (I, 10, 31) et in » libris De Divinatione (1, 3, 50, II, 31) excerptos vide- » mus. Itaque dubitare non licebit, quin Phædri quoque » libri, quos ep. 43 [2] sibi mitti voluit, simili consilio pe- » titi fuerint. Quantum quidem ex inscriptionibus ibi » allatis, ut vulgo leguntur, cognoscitur, hi libri vix ad » philosophiam pertinere videntur; « περισσῶν » enim et » Ἑλλάδος » in omnibus fere Ciceronis editionibus scrip- » tum exstat. At quis nescit, quam corrupta sint græca

[1] Phædri epicurei, vulgo anonymi herculanensis, de natura Deorum fragmentum instauratum et illustratum. — Hamburgi, 1833.

[2] Lege : ep. 39.

» in libris latinis? Quum igitur περισσῶν quam vim ha-
» beat, vix intelligi possit, equidem conjectura non au-
» daciori legerim περὶ θεῶν [1], quod majusculis litteris
» expressum eandem fere speciem exhibet, conferas igi-
» tur ΠΕΡΙΘΕΩΝ atque ΠΕΡΙCCΩΝ. Certe περὶ secernendum
» esse, jam alter genitivus Ἑλλάδος demonstrat, qui casus
» recte se habet, etsi ipsum vocabulum alii quoque cor-
» ruptum putaverunt. Unus tantum codex manuscriptus
» præbet Ἑλλάδος, cæteri fluctuant inter ΠΑΑΙΔΟC vel
» ΠΛΑΙΔΟC et ΠΠΔΔΔΟC, quæ si inter se conferimus, le-
» gendum esse ΠΑΛΛΑΔΟC nobis quidem non est dubium.
» Præterea quum uterque genitivus a præpositione περὶ
» pendeat, neque latinum *et* juste interpositum esse cen-
» seo, sed ex græco K corruptum idque pro καὶ per com-
» pendium scriptum. Itaque nostrum librum hisce voci-
» bus περὶ θεῶν καὶ Παλλάδος significari puto, sive Cicero,
» quum ipse librum non possideret, memoriter, ideoque
» minus accurate, eum indicavit, sive inscriptio, quam
» Murrius dedit [2], conjectando reperta est, atque illa Ci-
» ceronis pro vera habenda, quod decernere non ausim,
» quanquam illud verisimilius. »

Hæc Christ. Petersen, qui lacunosam voluminis lectionem sic instaurandam, et latine vertendam putavit.

[1] « Mirandum est, hanc lectionem non vulgo receptam esse : video » enim ex Orellii editione, quum Victorium, tum Manutium eandem » dedisse ex libris manuscriptis. »

[2] *Phœdri De Natura Deorum librum*, Herculani esse repertum cognovi. *Ibid.* p. 9.

Col. I.

ν εις την προ	καλέσειν εἰς τὴν προ-
εδ αν, ουτως επει	εδρίαν οὕτως· ἐπεὶ
πα αδεδονται τινες	παραδέδονταί τινες
εν αγαθοι, και ευέρ-	μὲν ἀγαθοὶ καὶ εὐερ-
γετ κ κελευσειν	γετικοί, κελεύσειν
ν α τους	τιμᾶν αὐτοὺς ϑυσί-
ς τοιαυταις. Αυτος	αις τοιαύταις, αὐτοῖς
ου ευξασθαι τοις	δ'οὖν εὔξασθαι ὡς
ϑεο δωρεαν, γαρ	ϑεοῖς, δωρέαν γὰρ
θεν διει-	ἂν δήποθεν διει-
λ τα περι αυτων	ληφότα περὶ αὐτῶν
ιν εαυτον. Αλ-	σεμνύνειν ἑαυτόν. Ἀλ-
αι Χρυσ π-	λὰ οἴεται Χρύσιπ-
αν ε ιδιά-	πος, τὸ πᾶν ἐπιδια-
τω πρω-	τάσσων ἐν τῷ πρώ-
δια ρη	τῳ περὶ ϑεῶν, διαῤ-
α παν-	ῥήδην τὴν φρένα πάν-
ντα λογον	των καὶ πάντα λόγον
κ του ολου ψυ-	καὶ τὴν τοῦ ὅλου ψυ-
χη τη τουτου	χήν, καὶ τῇ τούτου
μ παντα	μὲν ψυχῇ πάντα
σ	φυτὰ διαχεῖσθαι
αι και τους λ	καὶ ζῶα καὶ τοὺς λό-
ους. Διο και Ζηνα	γους· διὸ καὶ Ζῆνα
καλ θαι Δια δοτ	καλεῖσθαι Δία, δοτῆρα
ριον, τον τε κοσμον των ανοσω	βίου· αὐτόν τε κόσμον τῶν ἀνόσω-
εμψυχον ειναι, αι	ν ἔμψυχον εἶναι καὶ
ϑεον αι το η	ϑεὸν καὶ τὸ ἡγεμονι-
κον αι την ο	κὸν καὶ τὴν τοῦ ὅλου
χ ν. Και ω	ψυχήν· καὶ οὕτως

ναλγον ευν	ἀνάλογον εὐνομεῖσ-
θαι τον Δια, και την	θαι τὸν Δία καὶ τὴν
κοινην παντων	κοινὴν πάντων

Col. II.

Φυσιν, και ειμαρμε-	Φύσιν καὶ Εἱμαρμέ-
νην, και αναγ ν,	νην καὶ Ἀνάγκην·
και την αυτην ειναι	καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι
και ευνομιαν, και δι-	καὶ Εὐνομίαν καὶ Δί-
κην, αι ομονοιαν, κα	κην καὶ Ὁμόνοιαν καὶ
ιρηνην, και Αφροδι-	Εἰρήνην καὶ Ἀφροδί-
την, και το παρ πλη-	την καὶ τὸ παραπλή-
σιον παν. Και μη ειναι	σιον πᾶν· καὶ μὴ εἶναι
θεους αρρενας, μηδε	θεοὺς ἄρρενας μηδὲ
θηλειας, ως μηδε	θηλείας, ὡς μηδὲ
πολεις, μηδ' αρ τας·	πόλεις, μηδ' ἀρετάς,
νομαζεσθαι δε μο-	ὀνομάζεσθαι δὲ μό-
νον αρρενικως, και θη-	νον ἀῤῥενικῶς καὶ θη-
λυκως ταυτα ον α.	λυκῶς, ταὐτὰ ὄντα,
Καθαπερ σεληνην,	καθάπερ Σελήνην
και να· και τον Αρη	καὶ Μῆνα· καὶ τὸν Ἄρη
κ ν πολεμου	κῦρον τοῦ πολέμου
τε αι, και της	τε εἶναι καὶ τῆς
τα και αν τα-	τάξεως καὶ ἀντιτά-
ξ φαιστον δε	ξεως· Ἥφαιστον δὲ
πυ αι, και Κρονον	πῦρ εἶναι καὶ Κρόνον
του ρευ α-	ἐκκριτικὸν τοῦ ῥεύμα-
τος ρ ν. Ρεαν δε την	τος ῥόον, Ῥέαν δὲ τὴν
γην. Δια δε τον αιθε-	γῆν, Δία δὲ τὸν αἰθέ-
ρα· τους δε τον Απολ-	ρα, τοὺς δὲ τὸν Ἀπόλ-
λω, και την Δημη-	λω, καὶ τὴν Δήμη-
τρα γ ν, η το εν αυ-	τρα γῆν ἢ τὸ ἐν αὐ-

28 τη γονευμα. και παι-	28 τῇ γόνευμα· καὶ παι-
29 δαριω ως λεγεσθαι,	29 δαριωδῶς λέγεσθαι
30 και γραφεσθαι, και	30 καὶ γράφεσθαι καὶ
31 πλατ εσθαι ς	31 πλάττεσθαι θεοὺς
32 ανθρ	32 ἀνθρωποειδεῖς,
33 ον τροπον, και πο-	33 ὃν τρόπον καὶ πό-
34 λεις, και ποταμους,	34 λεις καὶ ποταμοὺς
35 και τοπους, και πα-	35 καὶ τόπους καὶ πά-

Col. III.

1 θ αι Δια μ να-	1 θη· καὶ Δία μὲν εἶνα-
2 ρι την ν α-	2 ι τὸν περὶ τὴν γῆν ἀ-
3 ερα, ο δε σκο νον	3 έρα, τὸν δὲ σκοτεινὸν
4 Αιδ τόν δε Δια της	4 Ἅιδην, τὸν δὲ διὰ τῆς
5 γης αι θαλλαττης Πο-	5 γῆς καὶ θαλάττης Πο-
6 σ και το αλ-	6 σειδῶ. Καὶ τοὺς ἄλ-
7 λου δε θεους αψυχοισ	7 λους δὲ θεοὺς ἀψύχοις,
8 ως και τουτους συν-	8 ὡς καὶ τούτους, συν-
9 οικειοι· και τον ηλι-	9 οικειοῖ; καὶ τὸν Ἥλι-
10 ον και την σελη-	10 ον αὔτως καὶ τὴν Σελή-
11 νην, και τους αλλους	11 νην καὶ τοὺς ἄλλους
12 αστε ας θεους οιε-	12 ἀστέρας θεοὺς οἴε-
13 ται, και τον νομον.	13 ται καὶ τὸν Νόμον·
14 κα νθρωπους εις	14 καὶ ἀνθρώπους εἰς
15 θεο ς φησι μs αβα-	15 θεούς φησι μεταβα-
16 λει. Εν δε τω δευ-	16 λεῖν. Ἐν δὲ τῷ δευτ-
17 τερ τα τε εις Ορφε-	17 έρῳ τά τε εἰς Ὀρφέ-
18 α ουσαιον ανα-	18 α καὶ Μουσαῖον ἀνα-
19 φερει α, και α	19 φερόμενα καὶ τὰ
20 παρ μηρω, και Η-	20 παρ' Ὁμήρῳ καὶ Ἡ-
21 σιοδ , και Ευρι	21 σιόδῳ καὶ Εὐριπί-
22 δη, και ποιηταις αλ-	22 δῃ καὶ ποιηταῖς ἄλ-

λοις ς κα Κλεαν-	λοις, ὡς καὶ Κλεάν-
θης ειρατα νοι-	θης, πειρᾶται συνοι-
κειου ταις δοξαις	κειοῦν ταῖς δόξαις
αυτω. απαν γαρ εσ-	αὐτοῦ· ἅπαν γάρ ἐσ-
τιν αιθηρ ο αυτος	τιν αἰθήρ, ὁ αὐτὸς
ων και πατηρ και	ὢν καὶ πατὴρ καὶ
υιος ·καν τω	υἱὸς Διός· κἂν τῷ
πρωτω μη μα-	πρώτῳ, μὴ μά-
χεσθαι το την Ρε-	χεσθαι τὸ τὴν Ῥέ-

Col. IV.

ν και μητηρα	αν καὶ μητέρα
Διοσ ειναι και	τοῦ Διὸς εἶναι καὶ θυγα-
τερα· τας δ' αυτας	τέρα· τὰς δ' αὐτὰς
ποιει ταις σ νοικει-	ποιεῖ ταῖς συνοικει-
ς. καν τω περ-	ώσεσι. Κἂν τῷ περ-
αρετων. ον	ὶ ἀρετῶν, τοιοῦτον
δια νομον φησι ει-	διὰ νόμον φησὶν εἶ-
ναι, και τας χαριτας	ναι καὶ τὰς Χάριτας
τας ημετε ας κα-	τὰς ἡμετέρας κα-
ι αρχας, κα ας αν-	ταρχὰς καὶ τὰς ἀν-
ταπ δοσεις των	ταποδόσεις τῶν
ευε εσιω τα πα-	εὐεργεσιῶν. Τὰ πα-
ραπλησια δε καν	ραπλήσια δὲ κἂν
τοις περι φυσεως	τοῖς περὶ φύσεως
γραφει μεθ' ων	γράφει μεθερμηνεύων
μ , και τοις Ηρα-	μύθους καὶ τῷ Ἡρα-
κλ ου, συνοικειων	κλείτου συνοικειῶν
κ η. καν τω π	κυκεῶνι· κἂν τῷ πρώ-
τ την νυκτα	τῳ μὲν τὴν Νύκτα
θεαν φησιν	θεάν φησιν εἶναι
Πρωτιστην. Εν δε	πρωτίστην, ἐν δὲ

τω τριτω του κ	τῷ τρίτῳ τόν κόσ-
μον ενα των φ	μον ἕνα τῶν φρο-
ν μ ν συνπολει-	νίμων, συμπολι-
τευομενον΄ θεοις,	τευόμενον θεοῖς
και ανθρωποις, και	καὶ ἀνθρώποις, καὶ
τον πολεμ , και	τὸν πόλεμον καὶ
τον Δια του το	τὸν Δία τὸν αὐτὸν
ειναι, καθαπ ρ και	εἶναι, καθάπερ καὶ
τον Ηρακλειτον, λε-	τὸν Ἡρακλεῖτον λέ-
γειν. Εν δε τω πεμ-	γειν, ἐν δὲ τῷ πέμ-
πτω, και λογους ε-	πτῷ καὶ λόγους ἐ-

Col. V.

νωται παντας ον	νοῦται πάντας, τὸν
κοσμον ζωιον ειναι,	κόσμον ζῷον εἶναι
και λογικον, και φρο-	καὶ λογικὸν καὶ φρο-
νουν, και θεον. Κα	νοῦν καὶ θεόν. Κἀν
τοις περι προνοιας	τοῖς περὶ προνοίας
μεν τοι τας αυτας	μέντοι τὰς αὐτὰς
εκτιθησιν συνοι-	ἐκτίθησιν συνοι-
κειωσεις τη ψυχη	κειώσεις τῇ ψυχῇ
του παντος, και τὰ	τοῦ παντὸς καὶ τὰ
των θεων ο ομα-	τῶν θεῶν ὀνόμα-
τα εφαρμοττει, της	τα ἐφαρμόττει, τῆς
δρειμυτητος απο-	δριμύτητος ἀπο-
λαυων ακοπιατώς.	λαύων ἀκοπιάτως.
Δ ογενης δ' ο Βαβυ-	Διογένης δ' ὁ Βαβυ-
λωνιος εν τω περι	λώνιος ἐν τῷ περὶ
της Αθηνας, τ ν	τῆς Ἀθηνᾶς τὸν
κοσμον γραφει τω	κόσμον γράφει τῷ
Δ του αυτου υπαρ-	Διὶ τὸν αὐτὸν ὑπάρ-
ν,περιεχε	χειν, περιέχειν δ' αὐ-

Δια κ · απερ	τὸν Δία, καθάπερ
ανθρωπο · υχη	ἄνθρωπον ψυχήν,
και τον · ον μ .	καὶ τὸν Ἥλιον μὲν
Απολλ , ν δ	Ἀπόλλω, τὴν δὲ Σε-
λην‌ην τ μιν.	λήνην Ἄρτεμιν· καὶ
το Δι δ· σειν	τὸν Δία ὑποδύσειν
θε υς τρ ους	θεοὺς ἀλλοτρίους μη-
δεις λ ν και αδυ-	δεὶς λέγοι ἄν· καὶ ἀδύ-
νατον αι τε του	νατον εἶναι τό τε τοῦ
Διος το μεν εις την	Διὸς τὸ μὲν εἰς τὴν
θαλατταν διατε-	θάλατταν διατε-
τα ος Ποσειδ	ταγὸς Ποσειδῶ-
να ο δ' εις την γην	να, τὸ δ' εἰς τὴν γῆν
Δημητρα, το δ'εις	Δήμητρα, τὸ δ' εἰς
ον αερα Ηραν κα	τὸν ἀέρα Ἥραν κα-

Col. VI.

θαπερ κ	θάπερ καὶ τὸν Ζήν-
τωνα λεγειν ως	ωνα λέγειν. Ὥσπερ δ'
αν πολλακις αηρ λε-	ἂν πολλάκις ἀὴρ λέ-
γη τις ερειν Η	γοιτο, ἐροῖ ἂν ἤδη μη-
δεις το αερα Αθη-	δεὶς τὸν ἀέρα Ἀθη-
ναν· τουτο γαρ λε ς-	νᾶν· τοῦτο γὰρ λέγεσ-
θαι το εκ της	θαι τὸ « ἐκ τῆς κεφα-
λης και Ζευς αρρην,	λῆς » καὶ « Ζεὺς ἄῤῥην
Ζευς θηλυς. Τινας	Ζεὺς θῆλυς· » τινὰς
δε των Στωικων	δὲ τῶν Στωικῶν
φασκειν οτε το ηγε-	φάσκειν, ὅτε τὸ ἡγε-
μονικον εν τη κ –	μονικὸν ἐν τῇ κε-
φαλη φρονησιν γ'α	φαλῇ, φρόνησιν ταύτην
ειναι δια και μητον	εἶναι, διὸ καὶ Μῆτιν
καλεσθαι Χρυσιπ-	καλεῖσθαι. Χρύσιπ-

16	πον δ'εν τω στη-	πον δ' ἐν τῷ στή-
17	θει το ηγεμονικον	θει τὸ ἡγεμονικὸν
18	ναι, κακει την	εἶναι κἀκεῖ τὴν φων-
19	ην αν γε ονεν	ὴν ἂν γεγονέναι,
20	ρονησιν ουσαν. τω	φρόνησιν οὖσαν, τῷ
21	δε τ φωνην εκ	δὲ τὴν φωνὴν ἐκ
22	της φαλης εκκρι-	τῆς κεφαλῆς ἐκκρί-
23	νεσθαι εγειν εκ της	νεσθαι λέγειν ἐκ τῆς
24	εφα ης υποδεη-	κεφαλῆς ὑποδεῆ εἶ-
25	αι οτι τ	ναι ἀρχὴν, ὅτι τέ-
26	χνη νεθη φρονη-	χνη ἐνεμέθη φρόνη-
27	σις. και Αθηναν μεν	σις· καὶ Ἀθηνᾶν μὲν
28	ο ον Αθ ν αν ειρη-	οἷον Ἀθήλην ἂν εἰρῆ-
29	θαι δα δε και	σθαι, Τριτωνίδα δὲ καὶ
30	γ εια	Τριτογένειαν διὰ
31	το την φρονησιν	τὸ τὴν φρόνησιν
32	εκ τριων συνεσ-	ἐκ τριῶν συνεσ-
33	τηκεναι λογων	τηκέναι λόγων,

Col. VII.

1	τω φ , και	τῶν φυσικῶν καὶ
2	τω ικων αι των	τῶν ἠθικῶν καὶ τῶν
3	λογικων και τας αλλας	λογικῶν· καὶ τὰς ἄλλας
4	δ'αυτ αγορι-	δ' αὐτῶν προσηγορί-
5	ας και τα φορηματα	ας, καὶ τὰ φορήματα
6	μαλα κατα χρυσως τη	μάλα καταχρύσως τῇ
7	φρονησει συνοικει-	φρονήσει συνοικεῖ-
8	οι. Π ντες υν οι α-	οῖ. Πάντες οὖν οἱ ἀ-
9	πο Ζ ωνος, ει και α-	πὸ Ζήνωνος, εἰ καὶ ἀ-
10	πελ πον τα δαιμο-	πέλειπον τὸ δαιμό-
11	νιον σπ ρ οι ν ου	νιον, ὥσπερ οἰητὸν οὐ
12	κατ λειπον δ'εν	κατέλειπον· εἰ δ' ἓν

13 τισιν ου κατε πον	13 τισιν οὐ κατέλειπον,
14 ενα ον λεγου ν ει–	14 ἕνα Θεὸν λέγουσιν εἶ–
15 ναι γινεσθω· και	15 ναι. Γινέσθω δὲ καὶ
16 το παν συν τη ψυχη πλα–	16 τὸ πᾶν σὺν τῇ ψυχῇ, πλα–
17 νωσιν δ'ο πολλους	17 νῶσιν δ' οὐ πολλούς
18 απολ ιποντ ως	18 ἀπολείποντες, ὥσπε–
19 αν ει μ νο	19 ρανεὶ μόνον λέγου–
20 σιν α ν αιρ ιν επι–	20 σιν αὐτῶν αἵρεσιν. Ἐπι–
21 δεικ υσθω αν τοις	21 δεικνύσθωσαν τοῖς
22 πολλοι ενα μονον	22 πολλοῖς ἕνα μόνον
23 απαντα λεγοντες ου	23 ἅπαντα λέγοντες, οὐ
24 πολλους ουδε παντας	24 πολλούς, οὐδὲ πάντας,
25 οσους η κοινη ημη	25 ὅσους ἡ κοινὴ φημὴ
26 παραδεδωκεν, ημων	26 παραδέδωκεν, ἡμῶν
27 ου μονον οσους φασιν	27 οὐ μόνον, ὅσους φασὶν
28 οι πανελληνες, αλλα	28 οἱ Πανέλληνες, ἀλλὰ
29 και πλειονας ειναι λε–	29 καὶ πλείονας εἶναι λε–
30 γοντων. Ειθ οτι τοι–	30 γόντων, εἶθ' ὅτι τοι–
31 ουτο ς ουδε μεμη–	31 ούτους οὐδὲ μεμή–
32 κασιν απολειπειν	32 κασιν ἀπολείπειν,
33 οιους βονται αν–	33 οἵους σέβονται πάν–
34 τες και ην τι ολο–	34 τες καὶ ἡμεῖς ὁμολο–

Col. VIII.

1 υμ ν ανθρ	1 γοῦμεν· ἀνθρωποει–
2 δεις γαρ εκεινοι νο–	2 δεῖς γὰρ ἐκεῖνοι οὐ νο–
3 μιζουσιν αλλα αερα	3 μίζουσιν, ἀλλὰ ἀέρας
4 και πν υματα αι αι–	4 καὶ πνεύματα καὶ αἰ–
5 θερας ωστ' εγωγε και	5 θέρας, ὥστ' ἔγωγε καὶ
6 τεθαρρηκοτως ειπαι–	6 τεθαῤῥηκότως εἴπαι–
7 μι τουτους Διαγορου	7 μι, τούτους Διαγόρου
8 μαλλον πλημμελειν.	8 μᾶλλον πλημμελεῖν.

9	Ο μεν γαρ επα ξεν ει-	9	Ὁ μέν γὰρ ἔπαιξεν, εἴ-
10	περ αρα και του	10	περ ἄρα τοῦθ' οὕτως
11	εστιν αλλ ουκ επενη-	11	ἐστίν, ἀλλ' οὐκ ἐπενή-
12	νεκ αι, καθαπερ ν	12	νεκται, καθάπερ ἐν
13	τοις Μαντινεων εθε-	13	τοῖς Μαντινέων ἔθε-
14	σιν Αριστοξενος φη-	14	σιν Ἀριστόξενός φη-
15	σιν. Εν δε τη ποιησει	15	σιν. Ἐν δέ τῇ ποιήσει,
16	κατ' αληθειαν υπ' αυ-	16	κατ' ἀλήθειαν ὑπ' αὐ-
17	του γεγραφθαι, τοις ο-	17	τοῦ γεγράφθαι τοῖς ὅ-
18	λοις ουδ' εν ασεβες πα-	18	λοις οὐδὲν ἀσεβές, πα-
19	ρενεφ νεν, αλλ' εστιν	19	ρενέφαινεν, ἀλλ' ἐστίν
20	ευφημο . ως ποιητης,	20	εὔφημος, ὡς ποιητὴς,
21	εις τα δαιμονιον, κα-	21	εἰς τὸ δαιμόνιον, κα-
22	θαπερ αλλα τη μαρτυ-	22	θάπερ ἄλλα τε μαρτυ-
23	ρει, και το γεγραμμε-	23	ρεῖ καὶ τὸ γεγραμμέ-
24	νον εις Αριανθην τον	24	νον εἰς Ἀριάνθην τὸν
25	Αργειον, Θεος, Θεος	25	Ἀργεῖον· « Θεὸς, Θεὸς,
26	προ παντος εργου	26	πρὸ παντὸς ἔργου
27	βροτειου νωμα φρε-	27	βροτείου νῶμα φρέ-
28	να υπερταταν και	28	να ὑπερτάταν· » καὶ
29	το εις Νικοδωρον	29	τὸ εἰς Νικόδωρον
30	τον Μαντινεα, κα-	30	τὸν Μαντινέα· « κα-
31	τα δαιμονα και τυχαν	31	τὰ δαίμονα καὶ τύχαν
32	τα παντα βροτοισιν	32	τὰ πάντα βροτοῖσιν
33	εκτελεισθαι. τα πα-	33	ἐκτελεῖσθαι· » τὰ πα-
34	απλησια δ' αυτω.	34	ραπλήσια δ' αὐτῷ.

Col. IX

1	περιε ο Μαν-	1	περιέχει καὶ τὸ Μαν-
2	τινεων ενκωμιον·	2	τινέων ἐγκώμιον.
3	Ουτοι δε Θεους εν τοις	3	Οὗτοι δὲ Θεοὺς ἐν τοῖς
4	υνγραμμασιν επο	4	συγγράμμασιν ἐπο-

5	νομαζοντε ανη–	5	νομάζοντες ἀνή–
6	ρουν εξεργαστικως	6	ρουν ἐξεργαστικῶς
7	τοις πραγμασιν αι με–	7	τοῖς πράγμασιν καὶ ʼμε–
8	τα σπουδης α λευ–	8	τὰ σπουδῆς, ἀνελευ–
9	θερατεροι γιν ε–	9	θερώτεροι γινόμε–
10	νοι Φιλλιππου και των	10	νοι Φιλίππου καὶ τῶν
11	αλλων των απλως το	11	ἄλλων ἁπλῶς τὸ
12	Θε ον α αιρουντων.	12	Θεῖον ἀναιρούντων.
13	Μετα δε ταυτα επιδει–	13	Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιδει–
14	κτεον αυτους, οτι βλα–	14	κτέον αὐτοὺς, ὅτι βλά–
15	βης, και κακων ου φα–	15	βης καὶ κακῶν οὔ φα–
16	σ ν αιτιους ειναι τοις	16	σιν αἰτίους εἶναι τοῖς
17	νθρω οις τους Θε–	17	ἀνθρώποις τοὺς Θε–
18	υς δοξαζοντας απε–	18	οὺς, δοξάζοντας. Ἀπέ–
19	εσθαι των αδικο–	19	χεσθαι τῶν ἀδικο–
20	ραγηματω νιοι	20	πραγημάτων ἔνιοι
21	φασιν. Ημεις δ και	21	φασὶν, ἡμεῖς δὲ καὶ
22	ταυτ' ενιοις εξ αυτων	22	ταῦτ' ἐνίοις ἐξ αὐτῶν
23	λεγομεν παρακολου	23	λέγομεν παρακολού–
24	Θ , και των αγαθω	24	θως. Καὶ τῶν ἀγαθῶν
25	τα μεγιστα, και διο–	25	τὰ μέγιστα καὶ διό–
26	τ τα Θεια τοιαυτα κα–	26	τι τὰ Θεῖα τοιαῦτα κα–
27	λειπουσιν και ε–	27	ταλείπουσιν καὶ γεν–
28	τα, και φθαρτα φαι–	28	νητὰ καὶ φθαρτὰ φαί–
29	ν ι. τοις δε πασιν	29	νεσθαι, τοῖς δὲ πᾶσιν
30	Ημεις ακολουθως αι–	30	ἡμεῖς ἀκολούθως ἀϊ–
31	διους, και φθαρτους	31	δίους καὶ φθαρτοὺς
32	ε ναι δογματιζομεν·	32	εἶναι δογματίζομεν·
33	το δε συνεχον· εν γαρ	33	τὸ δὲ συνέχον· ἐν γὰρ
34	αλλοις υπογραφησε	34	ἄλλοις ὑπογραφήσε–

Col. X.

ται α αλλα· διοτι και	ται τὰ ἄλλα. Διότι καὶ
αποφαινωνται βλα-	ἀποφαίνωνται, βλά-
πτειν, και ωφελειν	πτειν καὶ ὠφελεῖν
τους θεους ερ ου-	τοὺς θεοὺς, καίπερ οὔ-
δε το δευτερον αυ-	δὲ τὸ δεύτερον αὐ-
τοις ακολουθητον ε-	τοῖς ἀκολουθητὸν ἐ-
πιδειχθησεται. του-	πιδειχθήσεται. Τοῦ-
ο γε αντι δηλον	τό γε παντὶ δῆλόν
εστιν, ως ουδε εις των	ἐστιν, ὡς οὐδὲ εἷς τῶν
πωποτε ανθρωπων	πώποτε ἀνθρώπων
τον αερα και ον αι-	τὸν ἀέρα καὶ τὸν αἰ-
θερα φοβουμενος, η	θέρα φοβούμενος ἢ
το παν, απεχεται τ	τὸ πᾶν ἀπέχεταί τι-
νος αδικου πραγμα-	νος ἀδίκου πράγμα-
τος ουκ' οτι των προς	τος, οὐχ ὅτι τῶν πρὸς
αμεγι οις ει εροις	ἀμεγάρτοις ἱμέροις·
συνεχε αι, μαλλον η περ-	συνέχεται μᾶλλον ἢ περ-
ι τους ν αμμω θινα	ὶ τοὺς τοῦ ἄμμου θῖνας
η τα επι των α-	ἢ τὰ ἔρια ἐπὶ τῶν ἀ-
κανθιω παππων, α	κανθίων πάππων, ἅ-
γε φανερως αναισθη-	γε φανερῶς ἀναίσθη-
τα καταλαμβανουσι·	τα καταλαμβάνουσι.
Διοπερ εμοι γε το του	Διόπερ ἐμοί γε τὸ τοῦ
Τιμοκλεους ειρημε-	Τιμοκλέους εἰρημέ-
νον εν Αιγυπτω δρα-	νον ἐν Αἰγυπτίοις δρά-
μα τι π ρι των εν τη	ματι περὶ τῶν ἐν τῇ
χωρα θεων επι του	χώρᾳ θεῶν ἐπὶ τού-
τους επερχεται με-	τους ἐπέρχεται με-
ταφερε ν. Οπου γαρ	ταφέρειν « ὅπου γάρ,
φησιν εις τους ομολο-	φησίν, εἰς τοὺς ὁμολο-

γουμεν υς θεους α-	γουμένους θεοὺς ἀ
σεϐουν ες ου διδο-	σεϐοῦντες οὐ διδό-
ασιν ευθεως δικην	ασιν εὐθέως δίκην,
τινα ε ουρ ου βω-	τίν' αἰλούρου βω-

Col. XI.

μος επ τρειψειεν	μὸς ἐπιτρίψειεν
αν ντ εγρυ υς	ἄν; » Ἀντιλέγουσιν· τοὺς
θεους τοιουτους υπο-	θεοὺς τοιούτους ὑπο-
λαμϐανοντες οιους	λαμϐάνοντες, οἵους
τυφος εισηγαγεν	ὁ τῦφος εἰσήγαγεν,
φετοις χροντ κα-	ἀφέτοις χρῶνται κα-
τα δυναμεν εκ στοι	τὰ δύναμιν ἕκαστοι
τα ς κακουργιαι η	ταῖς κακουργίαις. Ἤ-
που νομιζομεν αυ-	που νομίζομεν αὐ-
τους αερα φοϐουμε-	τοὺς ἀέρα φοϐουμέ-
νους αφευξεσθαι τινος	νους ἀποφεύξεσθαί τινος
ων καλ πωτατων;	τῶν χαλεπωτάτων;
εν ει τ τ' εσ ιν	Εἶεν. Εἰ τοῦτ' ἐστιν
ο της α εικιας α-	τὸ τῆς ἀεικίας ἀ-
παλλαττο εικ τως	παλλάττον, εἰκότως
αν τις επιφεροι του-	ἄν τις ἐπιφέροι τού-
τοις οτι τον των θη-	τοις, ὅτι τὸν τῶν θη-
ριων βιον ις τους	ρίων βίον εἰς τοὺς
νθρωπ ς μετα-	ἀνθρώπους μετα-
φερουσιν, και μαλισ-	φέρουσιν, καὶ μάλισ-
τ' εαν μηδ' επιστρε-	τ' ἐὰν μηδ' ἐπιστρέ-
φωνται, καθαπε φα-	φωνται, καθάπερ φα-
σιν, τουτων πολλων	σίν, τοῦ τῶν πολλῶν
δια ταυτα ψογου · βλε-	διὰ ταῦτα ψόγου. Βλέ-
π ται δ'ου κα κα-	πηται δ' οὖν καὶ κα-
τα παντας τους προ	τὰ πάντας τοὺς πρὸ

27	αυτων εκκειμενους,	27	αὐτῶν ἐκκειμένους,
28	ουδε εις αν αδικιας	28	οὐδὲ εἷς ἂν ἀδικίας
29	απερχθειη δεδοι-	29	ἀπειρχθείη δεδοι-
30	κώς τους ουδ' επικει-	30	κὼς τοὺς οὐδ' ἐπικι-
31	ν ναι δυναμε-	31	νηθῆναι δυναμέ-
32	νου η τους εναρ-	32	νους, ἢ τοὺς ἐναρ-
33	γω αναισθητους	33	γῶς ἀναισθήτους,

Col. XII.

1	Η τους αγνωστον	1	ἢ τοὺς ἀγνωστόν,
2	τινες εισι, Θε δεκ-	2	τίνές εἰσὶ Θεοί, λέγον-
3	τας, η ποιοι τινες ε-	3	τας, ἢ ποῖοί τινές εἰ-
4	σιν η τους διαρρη-	4	σιν, ἢ τοὺς διαῤῥή-
5	δην, οτι ουκ ε σιν α-	5	δην, ὅτι οὔκ εἰσιν, ἀ-
6	ποφαινομενο ς, η φα-	6	ποφαινομένους, ἢ φα-
7	νερους οντας, ως αν	7	νεροὺς ὄντας, ὡς ἀν-
8	ηρουν, κατ' εν ους	8	ῄρουν· κατ' ἐνίους
9	δε καν επ' αυτ ν προ-	9	δὲ κᾂν ἐπ' αὐτὴν προ-
10	τραπειη τους καν τοις	10	τραπείη, τοὺς κᾀν τοῖς
11	Θεοις μετα φιλαχιας	11	Θεοῖς μετὰ φιλαρχίας
12	πολεμον ασπονδον	12	πόλεμον ἄσπονδον
13	παρασειγοντας ωσ-	13	παρεισάγοντας· ὥσ-
14	τε και του μερους	14	τε καὶ τοῦ μέρους
15	τουτου της δια ρε-	15	τούτου τῆς διαιρέ-
16	σεως της κατ' αρχας	16	σεως τῆς κατ' ἀρχὰς
17	εκτεθεισης απο-	17	ἐκτεθείσης ἀπο-
18	χρωντως εξειργασ-	18	χρώντως ἐξειργασ-
19	μενου, καιρος αν ε-	19	μένου, καιρὸς ἂν ε-
20	πι τον περι της ευ-	20	ἴη τὸν περὶ τῆς εὐ-
21	σεβειας λογον της	21	σεβείας λόγον τῆς
22	κατ' Επικουρον αυ-	22	κατ' Ἐπίκουρον αὐ-
23	του παραγραφε ν.	23	τὸν παραγράφειν.

Phædri fragmentum latine versum.

—vocaturum ad principem locum hoc modo : si qui traditi sint boni atque benefici, jussum iri, hos esse colendos ejusmodi sacrificiis, ipsosque precandos ut deos ; donum enim qui undecunque acceperit, propter illos semet ipsum ornare.

Sed Chrysippus universum mundum in primo libro de diis describens, omnium rerum mentem diserte intelligit et omnem rationem et universi animum, atque hoc ejus animo omnes stirpes permeari et animalia rationesque seminales; propterea etiam Ζῆνα appellari Jovem, quippe qui distribuat vitam (ζῆν); ipsumque esse mundum rerum morbo carentium animatum et deum, ejusque principatum atque animum universi; itaque ratione præditum optimis legibus uti Jovem et communem rerum Naturam et Fatum et Necessitatem; eandemque rem esse et legum Observantiam et Jus et Concordiam et Pacem et Venerem omniaque similia; neque esse deos mares aut feminas, sicuti neque urbes neque virtutes; significari tantum genere masculino et feminino, quum hæc non inter se differant, ut Luna et Lunus; Martem esse arbitrum belli et aciei ab utraque parte instruendæ, Vulcanum esse ignem et Saturnum cursum, qui rerum flumen excernat, Rheam vero terram, Jovem æthera ; alios autem dicere, Apollinem esse æthera et Cererem terram vel semen in ea conditum ; atque pueriliter dici ac pingi fingique deos figura humana præditos, sicuti urbes et fluvios et regiones animique perturbationes ; præterea Jovem esse aerem terræ circumfusum, aerem vero tenebrosum Plutonem, eumque aerem, qui terram et mare

permeet, Neptunum. Ceteros etiam deos, sicuti illos, cum rebus inanimatis jungit, atque Solem eodem modo Lunamque ceterasque stellas deos putat, atque etiam Legem ; homines quoque ait in deos mutari.

In secundo autem libro, quæ ad Orpheum et Musæum referuntur, quæque apud Homerum, Hesiodum, Euripidem aliosque poetas leguntur Cleanthis exemplo, ad suas opiniones accommodare studet. Universum enim est æther, quippe qui et ipse pater est, idemque filius Jovis. Rursus in primo libro, nihil repugnantiæ habere, quod Rhea mater sit Jovis, eademque filia ; easque ipsas easdem fingit iis, quibuscum junctæ sunt. Atque in libro de virtutibus, secundum hanc loquendi normam, ait Gratias esse nostras primitias et remunerationes beneficiorum. Similia etiam in libris de Natura prodidit, fabulas explicans easque Heracliti cinno (κυκεῶνι) accommodans ; in primo quidem, Noctem deam omnium primam esse dicit ; in tertio autem, mundum esse ratione præditum, civitatemque diis et hominibus communem, Jovemque eundem esse atque bellum, sicuti etiam Heraclitus dicat : in quinto autem omnes comprehendit rationes, quibus demonstret mundum esse animal idque ratione et mente præditum atque deum. In libris de Providentia rursus exponit easdem cum animo Universi conjunctiones, iisque accommodat deorum nomina, ubique sagacitate sua abutens.

Diogenes Babylonius in libro de Minerva mundum scribit eundem esse atque Jovem, eumque contineri a Jove, sicuti hominem ab animo, Solem ab Apolline, Lunam a Diana ; Jovem penetrare deos alienos ne quis dicat, ne fieri quidem posse, ut Jovis pars per mare distributa sit Neptunus, per terram Ceres, per aerem Juno, id quod etiam Zeno dicat. Sicuti vero sæpe aer nuncupe-

tur, ita ne quis amplius eum dicere velit, scilicet Minervam; ita enim intelligi illud « *ex capite* » et « *Jupiter mas, Jupiter femina;* » nonnullos vero Stoïcorum dicere, quia principatus in capite sit, eam esse intelligentiam, eademque de causa Meditationem (Μῆτιν) vocari; Chrysippum vero dicere, in pectore esse principatum ibique vocem gigni, quippe quæ intelligentia sit; si quis vero dicat, vocem e capite excerni, tamen e capite principium non esse sufficiens, quia intelligentia habenda sit ars; Minervam quidem (Ἀθηνᾶν) quasi non mamma nutritam (Ἀθήλην) appellatam esse, Tritonidem vero et Tritone natam propter intelligentiam e tribus rationibus compositam, physicis, ethicis et logicis. Cetera quoque cognomina et ornamenta aureolis plane verbis intelligentiæ accommodat.

Omnes igitur qui Zenonem secuti sunt, etiamsi concesserunt esse numen divinum, non tamen ita concesserunt, ut creditur; sicubi vero non concesserunt, unum esse deum dicunt. Etiamsi vero Universum sit animo præditum, tamen errant in eo, quod non plures largiuntur, quasi suæ tantum sectæ rationem habeant. Multitudini est declarandum, eos unum modo universum deum statuere, non plures, quotquot rumor communis tradiderit, cum nos non tantum, quot Græci, sed plures etiam esse dicamus; deinde neque tales ab illis concedi posse deos, quales et omnes volunt, et nos concedimus; figuræ enim humanæ eos esse illi non credunt, sed auras et spiritus et naturas æthereas, ut equidem audacter profitear, eos magis quam Diagoram peccare. Ille enim lusit, siquidem verum est, neque ei impositum, ut in libro de Moribus Mantineensium Aristoxenus narrat. In poesi vero, ex animi sententia ab eo nihil omnino, quod impium sit, scriptum esse, ipse aperte ostendit, sed pius est, utpote

poeta, erga numen divinum, uti et alia testantur, et quod in Arianthem Argivum scripsit :

> Deus, deus! præ omnibus rebus mortalibus
> Tribue mentem summam!

atque carmen in Nicodorum Mantineensem :

> Divino numine et casu omnia mortalibus fieri.

Similia huic continet etiam laus Mantineensium. Hi vero deos, etsi in libris nominant, tamen re vera et consulto eos omnino tollunt, illiberaliores facti, quam Philippus ceterique, qui, quod divinum est, plane sustulerunt.

Posthac demonstrandum est, eos, etsi non dicant, tamen credere, noxæ et malorum causas hominibus esse deos. Abstinere deos injustis facinoribus, nonnulli aiunt, idque nos secundum nonnullos eorum dicimus. Atque bonorum maxima ideoque divina ejusmodi ponunt, ut et nasci et interire ea posse appareat, secundum universos vero colligimus, et sempiternos et mortales esse deos : hoc vero magni est momenti; aliis enim locis aliud adumbratur. Itaque opinentur, deos nocere et prodesse, quanquam neque hoc alterum eorum doctrinæ congruere ostendetur. Hoc quidem cuique manifestum est, neminem unquam hominum aeris et ætheris metu omnino se abstinere ab injusto facinore, nedum ab iis, ad quæ ingenti libidine trahatur; se continere potius propter arenæ acervos, aut propter lanam in lanugine carduorum, quas quidem res aperte insensibiles accipiunt. Quocirca mihi in mentem venit id, quod Timocles in fabula, *Ægyptii* inscripta, de diis patriis dixit, ad illos accommodare :

> Nam, *inquit*, si in confessos qui deos sunt impii,
> Supplicium extemplo sceleris non pendunt sui,
> Altare felis quomodo aliquem everterit?

Contra afferunt : qui deos tales existimant, quales cæca arrogantia induxit, libera pro suis quisque viribus perpetrant maleficia. Num credimus fore, ut aëris metu difficillima quæque effugiant ? Esto. Hoc si ejusmodi est, quod pravitate liberet, jure quis iis objiciat, quod ferarum vitam ad homines transferant, præsertim si, quod quidem dicunt, reprehensionem vulgi non curant. Respiciatur igitur ad eos etiam omnes, quorum disciplinas exposuimus, ante quam ad ipsos perveneramus : ne unus quidem abstinebit ab injustitia, quod metuat istos, qui neque se movere possint, aut omnino sensus sint expertes, aut qui vel quales dii sint, ignotum esse dicant, aut qui, eos non esse, diserte ostendant, aut a quibus deos omnino tolli appareat ; secundum quosdam vero ad ipsam injustitiam incitabitur, qui inter ipsos deos una cum imperandi cupidine bellum implacabile inducant : ita ut, hac quoque parte dispositionis, quam initio exposui, satis elaborata, opportunum sit tempus illum de pietate sermonem secundum ipsum Epicurum adscribendi.

II.

Non Græci tantum Epicuri rationem Romanos docebant, quo tempore vivebat Tullius. Jam multi erant de hac doctrina libri latini, sed scripti inconsiderate nec a satis eruditis[1]. Primus eam litteris latinis mandavisse videtur Amafinius. Post Amafinium multi ejusdem æmuli rationis, multa quum scripsissent, Italiam totam occupaverunt[2]. Quinam vero eorum fuerint libri, nos fugit, nam de omnibus his philosophis sic Tullius : « Est quoddam » genus eorum, qui se philosophos appellari volunt, quo- » rum dicuntur esse latini sane multi libri; quos non con- » temno equidem, quippe quos nunquam legerim.... Hos » Latinos ii soli legunt, qui idem sentiunt[3]. » Hæc non alia profecto mente dicebat, quam ut vehementius, quantum ista contemneret, profiteretur. Nam etsi amicos, in quibus erat philosophiæ studium, in Græciam mitteret, id est, ad Græcos ire juberet, ut doctrinas a fontibus potius haurirent quam rivulos consectarentur[4], non tamen latinos philosophiæ auctores ita spernebat ut ne legeret quidem. Catios enim et Amafinios quomodo, cum Cassio, tanquam malos verborum interpretes irrideret[5], nisi legisset? Quatuor libros de Natura Rerum et de Summo Bono scripserat Catius, levis quidem, sed non injucundus auctor, Quintiliano judice[6]. Amafinius nulla dicitur arte adhibita, de rebus ante oculos positis, de physica, vul-

1 Tusc. l. I, c. 3.
2 Tusc. IV, c. 3.
3 Tusc. II, c. 3.
4 Ac. c. 11, p. 47.
5 Ad Fam. XV, ep. 19.
6 Quint. l. X, c. 1.

gari sermone disputasse[1]. Hæc perhibet Tullius, qui si Eusebio fidem adhibere licet, tantum non oderat latinos Epicuri interpretes, ut contra ipse post mortem Lucretii, ejus *De Rerum Natura* poema in lucem ediderit. Sunt quidem qui de hoc valde dubitant; at vehementer hoc illi carmen probabatur ac multis esse videbatur luminibus ingenii, multæque simul artis[2], et quum tunc temporis magnam ipse carminibus faciendis operam impenderet, est quædam similitudo veri in hac Eusebii sententia[3]. Hactenus de latinis Epicuri scriptoribus.

Quod vero ad illos attinet qui non scriptis, sed vita tantum et moribus Epicuri doctrinam profitebantur, istorum hominum erat Romæ multitudo[4], cujus patrociniis voluptas defendebatur[5]. Imperiti plerique, græce fere nesciebant. Ex hac autem multitudine nos eos eligemus quorum nomina posterorum memoriæ tradidit Tullius; plerique eorum principibus civitatis annumerabantur. Inter se conjunctissimi vivebant, ut præceperat Epicurus, ac vita docuerat. Hic enim in domo et ea quidem angusta, quam

[1] Acad. I, c. 11.

[2] Ad Quint. fr. l. II, ep. 11.

[3] « Ceux qui placent la mort du poète Lucrèce en 698, pourront trouver dans la date de cette lettre la confirmation d'un fait qui ne repose que sur le témoignage de la Chronique d'Eusèbe, savoir, que le poème *de Rerum Natura* fut corrigé et publié par Cicéron. En effet, le moment de la mort d'un grand poète semble propre à fixer les yeux sur ses ouvrages; et les autres délassemens de Cicéron, qui s'occupait alors de faire des vers, comme le prouve ce qu'il dit de ses poèmes sur son consulat, sur son exil, et sur l'expédition de Bretagne, donnent quelque vraisemblance à la tradition qui le fait l'éditeur de celui de Lucrèce. » (Cicer. t. XXV, p. 171, not. J. V. L.)

[4] Tusc. V, 10.

[5] Parad. I, 1, De Finib. II, c. 14, 15. De Finib. I, c. 7, et passim.

magnos, quantaque amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges[1]? Summam omnes Epicuri reverentiam professi, ejus imaginem non modo in tabulis, sed etiam in poculis et in annulis habebant[2]. Nihil ejus viri ingenio conferri posse arbitrabantur, quippe qui res occultas et penitus abditas non modo vidisset animo, sed etiam sic tractasset ut manu; in ipsorum deorum numero referendum eum esse putabant[3]. Omnia ejus præcepta plerique memoria tenebant, nullus non edidicerat *κυρίας δόξας*, nullus non paruerat testamento *εἰκάδα* præcipienti. Itaque quum cæteræ consenuissent doctrinæ, obsolevissentque Lycæus et Academia, florebat Hortus, *εἰκάδας* celebrans. Natali Epicuri vig[illegible]sima luna mensis quem Græci *γ[illegible]λιον*, Latini januarium dixerunt, sacrificabant discipuli, feriasque omni mense custodiebant[4]. His verbis Philodemus Pisonem ad Icadem invitat :

Αὔριον εἰς λιτήν σε χαλιάδα, φίλτατε Πείσων,
  Ἐξ ἐνάτης ἕλκει μουσοφίλης ἕταρος,
Εἰκάδα δειπνίζων ἐνιαύσιον. Εἴδ' ἀπολείψῃς
  Οὔθατα καὶ Βρομίου χιογενῆ πρόποσιν,
Ἀλλ' ἑτάρους ὄψει παναληθέας, ἀλλ' ἐπακούσῃ
  Φαιήκων γαίης πουλὺ μελιχρότερα.
Ἢν δέ ποτε στρέψῃς καὶ ἐφ' ἡμέας ὄμματα, Πείσων,
  Ἄξομεν ἐκ λιτῆς εἰκάδα πιοτέρην[5].

Non dubium quin discumberent in istius modi conviviis Romanorum quum ingenii acie tum litterarum scientia nobilissimi. Cum Velleio Torquatus, cum Pæto Pomponius Atticus. Ad Velleium senatorem tum Epicurei

[1] De Fin. I, c. 20.
[2] De Fin. v, 1.
[3] De N. Deor. I, c. 16 et 18.
[4] Plin. l. xxxv, c. 2.
[5] S. Chardon de la Rochette, Mélanges, t I, p. 200.

primas ex latinis hominibus deferebant[1]. Illum togatis omnibus sine dubio anteferebat L. Crassus, et paucos cum illo Epicureos e Græcia comparabat[2]. Ita fidelis Horti æmulus erat, ut prius eum quis de omni vitæ statu quam de ista auctoritate dejecisset[3]. Judicabat Cotta de re obscura atque difficillima aliquando ab illo dictum esse dilucide, neque sententiis solum copiose, sed verbis etiam ornate[4], illum tamen Tullius in exercitatione dicendi rudem habebat[5].

Torquatum non tam cito rhetorem dixisses, etsi non deerat oratio, quam, ut Græci dicunt, πολιτικόν. Erant in eo plurimæ litteræ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam et reconditæ; divina memoria, summa verborum et gravitas et elegantia; atque hæc omnia vitæ decorabat dignitas et integritas[6].

Pætus tam dulcis erat, tamque in omni genere jucundus, ut ab omnibus diligeretur. Accedebant non Attici, sed salsiores quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales. Eum quum videret, omnes Granios, omnes Lucilios, Crassos quoque et Lælios sibi videre videbatur Tullius. Præter Pætum, neminem reliquum habebat, in quo posset imaginem antiquæ et vernaculæ festivitatis agnoscere[7].

T. Pomponius Atticus, vir ingenio pollens et omni genere divitiarum affluens, æquo animo libros inter et schedulas facultates suas adaugebat. Mox solerter tem-

[1] De Nat. Deor. I, c. 6.
[2] Ibid. c. 21.
[3] Ibid. c. 24.
[4] Ibid. c. 21.
[5] De Orat. III, c. 21.
[6] De Cl. Orat. 76.
[7] Ad Fam. IX, 15.

poribus utetur, et in bellis civilibus semper cum victore conjunctissime versabitur[1].

Aderat profecto præterea L. Saufeius, eques romanus, Pomponii æqualis, qui cum eo complures annos, studio ductus philosophiæ habitavit, habebatque in Italia pretiosas possessiones, quas, eversa republica, ope Attici conservavit[2]; Catius Insuber, Gallus Sanga, Lucretius ille cum Memmio suo, quem versibus nobilitavit; Vibius Pansa, qui posthac provincia Galliarum a Cæsare donatus, eminebit inter tumultus Antonii. Quum ex urbe paludatus proficiscetur, quod multos miseriis levaverit, et quod se in tantis malis hominem præbuerit, mirabilis eum virorum bonorum benevolentia prosequetur[3]. In bello civili apud Mutinam, non sine veneni suspicione, interibit desideratus. Accumbebant etiam Plato Sardianus, L. Varus et Verrius juris pontificii peritus; dignusque cæteris non vita, sed genere, L. Calpurnius Piso, quem tot et tantis probris affecit Tullius.

Mox aderunt Cassius, qui in campis philippicis voluntaria morte cadet; Trebatius quem amicus consulet Horatius.

Lauta hercle mensa est, qualem decet esse Epicureorum, nec tamen ventre tantum quæ ad vitam beatam pertineant metientes, jocosa et amœna confabulatione delectantur. Magistrum laudibus efferunt quem arbitrantur unum vidisse verum, maximisque erroribus animos hominum liberavisse, et omnia tradidisse quæ pertineant ad bene beateque vivendum[4]. Illum tunc præcipue intelligunt merito dixisse : omnium rerum, quas ad beate vi-

[1] Corn. Nepos. De Att.
[2] Corn. Nep. ibid.
[3] Ad Fam. xv, 17.
[5] De Fin. i, c. 5.

vendum sapientia comparaverit nihil esse majus amicitia, nihil uberius, nihil jucundius. Neque vero hoc oratione solum, sed multo magis vita, et factis, et moribus comprobavit [1]. Illam ejus celebrant erga Metrodorum caritatem, illas ad Hermarchum litteras, commendationem puerorum, memoriam et caritatem amicitiæ, summorum officiorum in extremo spiritu conservationem [2]. Mox anagnostes quædam Philodemi *De Epicuro* legit aut T. Lucretii Cari *De Rerum Natura* nuper edita carmina :

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen
Qui primus potuisti, illustrans commoda vitæ,
Te sequor, o Graiæ gentis decus; inque tuis nunc
Fixa pedum pono pressis vestigia signis,
Non ita certandi cupidus, quam propter amorem
Quod te imitari aveo. Quid enim contendat hirundo
Cycnis? Aut quidnam tremulis facere artubus hœdi
Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis?
Tu pater et rerum inventor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuisque ex, inclute, chartis,
Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetua semper dignissima vita [3].

Accedit tandem musica; nec minus animo et auribus quam ventre convivæ delectantur. Falsa est enim eorum opinio qui inter gulæ proceres Epicureos numerant.

Eorum vita plerumque communis erat et sine fastu. Qui divitias sortiti fuerant, elegantes non magnifici, splendidi non sumptuosi, omni diligentia munditiem, non affluentiam affectabant. In primis bene habitabant, omnibusque optimis rebus utebantur, non abutentes [4]. Si

[1] De Fin. I, c. 20.
[2] De Fin. II, c. 31.
[3] Lib. III.
[4] Cornel. Nep. De Att.

unum excipies Pisonem in quem tam vehementer invectus est Tullius, neminem Epicureorum reperies hos inter voluptarios designatum quorum nomen proverbii locum obtinet. Bonum genus, optimos viros passim appellat Epicureos Tullius. Plerique erant et in amicitia fideles et in omni vita constantes et graves, nec voluptate, sed officio consilia moderantes[1]. Alii honores, magistratus ambiebant, alii doctrinæ magis consentanei et μὴ πολιτεύεσθαι potius ducentes, in prædiolis et belle ædificatis et amœnis tempus consumebant. Ibi legebatur, scribebaturque; miniata cærula libros amicorum notabant et palestræ deambulationibusque vacabant[2]. Illos invisebant amici, et tunc rapidi fluere dies. Nunc jocosa congressio, nunc severa. Sæpe de amicitia disputabatur, sæpe de finibus boni et mali, vel de natura Deorum seu ἑταῖροι in pratulo prope Epicuri statuam, seu in illa sedecula sub imagine Aristotelis, quam sellæ curuli anteferebant, sederent. Nec illæ omittendæ cœnulæ quas, non spernendus auctor, jactat Tullius. Ex his moribus, merito, ni fallor, concludas nullas eos delicias illis voluptatibus anteponere fuisse solitos quæ essent jucundæ ac faciles, naturæque et rationi maxime consentirent. Quum ita pecunia uterentur, nil mirum si in quibusdam litterarum amori facultates adaugendi studium accederet; nec erit quod stupeas quum tibi narrabit Cornelius Nepos, T. Pomponium Atticum, summum antiquitatis amatorem quem sæpe consulebat Tullius, non contempsisse opes. Quum esset pecuniosus, nemo illo fuit minus emax, minus ædificator, sed pecuniam fœnore et certa stipulatione credebat candidatis, qui populum effusis largitionibus captabant.

[1] De Fin. II, c. 25.

[2] Passim in epistolis Tullii.

Hanc Romæ nondum pessumdata prorsus republica vitam degunt. Quum vero Pompeium inter et Cæsarem exoritur bellum, priorem sequuntur Torquatus, Cassius novus Epicureorum ἑταῖρος[1] et Gallus Sanga; Cæsarem Pansa, Piso et Trebatius. Hic nuper apud Samarobrivas Epicuri castra ingressus est : homo singulari memoria, summa scientia juris civilis, in re autem militari multo cautior quam in advocationibus[2]. Ex aliis plures tum vita jam decesserunt, nempe, Velleius senator, qui tribunus plebis fuerat anno DCLXIII, Catius, Lucretius.

Cæteri Romæ manent in publicum non prodeuntes. Sentiunt dominationem quæri ab utroque, neque id agi beata et honesta civitas ut sit[3]. Ex victoria quum multa mala, tum certe tyrannus existet. Idem faciunt igitur quod in Cinnæ dominatione Philippus, quod L. Flaccus, quodque Mucius qui se mori malle, dicere solebat, quam armatum ad patriæ mœnia accedere : nec locupletior, aiunt, quærendus est nobis auctor quam Socrates qui, quum triginta tyranni essent, pedem porta non extulit[4].

Neminem fugit quis fuerit exitus belli. Apolloniæ imperio donatus a Pompeio Torquatus expulsus fuit a civibus qui Cæsari favebant, ceciditque in Africa. Exilium solummodo a Cæsare passus est Gallus, Cassius autem, qui jam quæstor Crassum in Parthas secutus fuerat, Syriamque administrarat absente Bibulo, se post cladem pharsalicam cum classe cui præerat, Cæsari dedit, pristinamque recuperavit auctoritatem.

Nota victoris clementia. Pansa et Trebatius perhumaniter sua auctoritate usi sunt, et omnium in se converte-

[1] Ad Fam. XV, 16.
[2] Ad Fam. VII, ep. 5, 10.
[3] Ad Att. VII, ep. 11.
[4] Ad Att. IV, ep. 3.

runt admirationem. Optime præsertim de Tullio meriti sunt, quem Cæsari acceptum fecerunt. Hos omnes Epicureos noscebat Cicero et cum quibusdam familiariter vivebat. Et si quondam Torquatus adolescentulus, in illa adversus Syllam oratione, se *Tullii regnum ferre non posse*, et *Tullium tertium peregrinum regem esse* dixisset, eum tamen plurimi faciebat Tullius. Suum familiarem ac necessarium vocabat Torquatum, qui eripuit P. Sullæ consulatum quem ad patrem suum contulit, qui Gabinium reum ambitus postulare frustra tentavit. Illi mox Epicureorum partes in illo De Finibus tuendas dedit Tullius, easdem Velleio in Tusculanis Quæstionibus. Pansam indesinenter dicit suum; illi, testibus Nonnio et Prisciano, quam plurimas epistolas scripserat. Trebatius, quum se ex adolescentia sua in amicitiam et fidem Tullii contulisset, hic eum non modo tuendum, sed etiam augendum atque ornandum putavit [1]. Amicum Cæsari in Galliis militanti commendavit more romano, nullum probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse asserens [2]. Non videtur tamen certa aliqua sententia constitisse Trebatius; nam litteris ejus vehementer commovebatur Cicero, quod ipsi interdum levis [3] in urbis urbanitatisque desiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, sæpe autem etiam subimpudens videbatur. In melius deinde conversus est; et auctis facultatibus et honestate ex Gallia in Italiam cum Cæsare rediit. Flagrante bello scripsit ad Ciceronem quem unice diligebat ut esset ad urbem [4]; eum in suum Cumanum invisit [5], et mox apud victorem,

[1] Ad Fam. VII, 17.
[2] VII, 5.
[3] VII, 17.
[4] Ad Att VII, 17.
[5] Ad Att. X, 12.

juvantibus Pansa, Pœto, Balbo et Oppio, relevavit. Verrium quoque et Cassium, Syronem, Gallum, Platonem Sardianum et Saufeium in amicis habuit Tullius. Neminem vero tantum amavit quantum Pomponium Atticum. Cum suo Attico mœrores, gaudia, curas, spes, omnes animi motus communicabat, et ea præsertim tempestate qua debellatis Pompeianis, maximisque obrutus curis adeo amico indigebat. Qui victoria se efferebant, quasi victum eum intuebantur. Qui autem victos moleste ferebant eum dolebant vivere. De Terentia non immerito millia querebatur; vix ab ea suppeditati fuerant sumptus necessarii, generi Dolabellæ illum pudebat; quotidie jam Balbi litteræ languidiores, nec in ulla erat spe. Quintus miserat filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem fratris et ubicumque omnia in eum maledicta conferebat. Ad Tullium acerbissime scripserat, filius vero mirifico odio. Nullum ipse Atticus habebat consilium quo posset amicus juvari.

Tunc Attico scribebat : « Non[1] me offendit veritas lit-
» terarum tuarum, quod me, quum communibus, tum
» præcipuis malis oppressum, ne incipis quidem, ut so-
» lebas, consolari, faterisque id fieri jam non posse.
» Tantum[2] velim ne intermittas, scribas ad me quidquid
» veniet tibi in mentem, quum habebis cui des et dum
» erit ad quem des, quod longum non erit. Quibus in
» miseriis una est pro omnibus quod istam miseram (Tul-
» liolam) patrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam.
» Alium cui eam commendem habeo neminem, eam ergo
» habeto commendatam, patruumque in ea quantum po-
» teris mitigato. Hæc ad te die natali meo scripsi : quo

[1] Att. xi, 14.
[2] Att. xi, 25.

» utinam susceptus non essem aut ne quid ex eadem ma-
» tre postea natum esset! plura scribere fletu prohi-
» beor. »

Tunc epicurei instare amici, Tullio aliquid solatii seu litteris, seu congressibus afferre; ad Cæsarem scribere, amicum quidquid fecerit de eorum sententia fecisse. Restituuntur bona, Tullium invisit Cæsar, ad novas spes erigitur animus. Tunc quoniam quæ putavit esse præclara expertus est quam essent inania, cum omnibus musis rationem habere cogitat. Incumbamus[1], o noster Tite, ad illa studia, et eo, unde discedere non oportuit, aliquando revertamur; sed denuo epicurei adfuerunt amici qui sauciatum animum foverent, et peccatum, cujus eum adeo pœnitebat, quod in campis pharsalicis non cecidisset, diluerent. Philosophis[2] placuit, aiebant, nihil esse sapientis
» præstare, nisi culpam : qua tibi videris dupliciter ca-
» rere; et quod ea senseris quæ rectissima fuerunt, et
» quia quum videres præsidii non satis esse ad ea obti-
» nenda, viribus certandum cum valentioribus non puta-
» res. Ergo in officio boni civis certe non reprehendendus.
» Reliquum est ne quid stulte, ne quid temere dicas aut fa-
» cias contra potentes. Id quoque est sapientis. Plena mo-
» numenta Græcorum, quemadmodum sapientissimi viri
» regna tulerint vel Athenis, vel Syracusis, quum servien-
» tibus suis civitatibus, fuerint ipsi quodammodo liberi. »
Suadentibus igitur amicis et præsertim Pæto qui eum jampridem et constanter amat, Tullius quidquid arte fieri, quidquid elaborari aut effici potest ad amicorum Cæsaris benevolentiam conciliandam et colligendam summo studio consequitur; nec frustra; nam[3] non desinit apud

[1] xi, 16.
[2] Ad Fam. ix, 16.
[3] Ad Fam. vii, 9.

istos qui dominantur cœnitare et conciliis eorum interesse. Quod cur nolit, nihil videt. Non enim est idem ferre, si quid ferendum, et probare si quid probandum non est. Etsi quid non probet? Quid enim jam scit præter initia rerum? Vidit Pompeianos cupere bellum; Cæsarem autem non tam cupere quam timere.

Quid faciat? Tempori serviendum est[1]. Neque tam eum εὐελπιστία consolatur, ut antea, quam ἀδιαφορία, qua nulla in re tam utitur, quam in hac civili et publica. Patriam eluxit jam gravius et diutius quam ulla mater unicum filium[2]. Non jam effugere fatetur nonnullorum acute aut facete dictorum offensionem; incidunt in sermone vario multa quæ Cæsari ipsi, qui habet peracre judicium, nec illitterata, nec insulsa esse videantur. Dies cum Epicureis terit; ejus vita Epicureorum vita est; ejus sicut Cassii philosophia in culina est, et mox cum ipsis βεβίωται exclamabit! Plures jam pavones confecit quam alii pullos columbinos. Quam mutatum Tullium! non is quem solebant promulside conficere.

« Integram famem ad ovum affero. Itaque usque ad as-
» sum vitulinum opera perducitur. Illa mea, quæ sole-
» bas antea laudare, o hominem facilem! o hospitem non
» gravem! abierunt. Nam omnem nostram de republica
» curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia,
» commentationem causarum, abjecimus. In Epicuri nos
» adversarii nostri castra conjecimus : nec tamen ad
» hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam. Proinde
» te para : cum homine et edaci tibi res est, et qui jam
» aliquid intelligat. ὀψιμαθεῖς autem homines scis quam
» insolentes sint. Dediscendæ tibi sunt sportellæ et a[illegible]

[1] Ad Fam. VII, 9.
[2] Ad Fam. IX, 20.
[3] Ad Fam. IV, 20.

» lagani tui. Nos jam artis tantum habemus, ut Verrium » tuum et Camillum, qua munditia homines! qua elegan- » tia! vocare sæpius audeamus. Hæc igitur est vita nos- » tra : mane salutamus domi et bonos viros multos sed » tristes, et hos lætos victores : qui me perofficiose et » peramanter observant. Ubi salutatio defluxit, litteris » me involvo, aut scribo, aut lego. Veniunt etiam qui me » audiunt, quasi doctum hominem, quia paulo sum » quam ipsi doctior. Inde corpori omne tempus datur [1]. » Sic ergo vivit Tullius et in litteris præsertim versatur. Sed est earum etiam non satietas, sed quidam modus. A quibus quum discessit ne amicis nihil tribuat, cum ipsis epulatur. Nec tamen eas cœnas quærit ut magnæ fiant reliquiæ; tyrotaricho Pœti delectatur.

Nunc igitur domi cum amicis, nunc apud Volumnium Eutrapelum accumbit [2]. Ibi quondam in Cytherim incidit, non, mehercule! suspicatus illam affore. Eum enim nihil istorum ne juvenem quidem movit unquam, ne nunc senem. Convivio delectatur. Hic loquitur, quod in solum, ut dicitur, et gemitum in risus maximos transfert. Nihil ergo istis cœnulis jucundius, eas amicis commendat.

« [3] Te, mi Pœte, ad cœnas itare desisse, moleste fero. » Magna enim te delectatione et voluptate privasti. Deinde » etiam vereor, licet enim verum dicere, ne nescio quid » illud, quod solebas, dediscas, et obliviscare cœnulas » facere. Nam si tum, quum habebas quos imitarere, non » multum proficiebas, quid nunc te facturum putem? » Spurinna quidem, quum ei rem demonstrassem, et » vitam tuam superiorem exposuissem, magnum pericu-

[1] Ad Fam. IX, 16.
[2] Ad Fam. IX, 26.
[3] Ad Fam. IX, 24.

» lum summæ reipublicæ demonstrabat, nisi ad superio-
» rem consuetudinem tum, quum Favonius flaret, rever-
» tisses. Hoc tempore fieri posse, si forte tu frigus ferre
» non posses. Sed, mehercule, mi Pœte, extra jocum,
» moneo te, quod pertinere ad beate vivendum arbitror;
» ut cum viris bonis, jucundis, amantibus tui vivas. Nihil
» aptius vitæ; nihil ad beate vivendum accommodatius.
» Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem
» vitæ atque victus, remissionemque animorum; quæ
» maxime sermone efficitur familiari, qui est in conviviis
» dulcissimus, ut sapientius nostri quam Græci; illi
» συμπόσια, aut σύνδειπνα, id est compotationes aut concœ-
» nationes, nos convivia, quod tum maxime vivitur. Vi-
» des ut te philosophando revocare coner ad cœnas? Cura,
» ut valeas. Id foris cœnitando facillime consequere. » His in cœnulis genio indulgebant et persæpe amicorum legebantur opera. Non ea tamen semper Ciceronis erat temperantia; continuata aliquando inter scyphos controversia cum suo Trebatio, domum bene potus seroque redit. Non nunquam dum volunt isti lauti quæ lege excepta sunt in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius; in quas quum incidisset in cœna augurali apud Lentulum, tanta eum διάῤῥοια arripuit ut quum decem dies jam graviter intestinis laborasset et biduum ita jejunus fuisset, ut ne aquam quidem gustaret, undecima die primum videretur cœpisse consistere[1].

Nec Romæ tantum cum Epicureis versabatur Tullius. Illos sæpe extra urbem invisebat. Neapolim profectus est, in qua, pedibus laborans, jacebat Pœtus. Cui jocans more suo scribebat : constitui ad te venire, ut et viderem

[1] Ad Fam. VII, 26.

te, et viserem, et cœnarem etiam. Non enim arbitror, coquum etiam te arthriticum habere [1].

Veliæ adibat Trebatium ad Heletem nobilem amnem, in eam domum, quæ remoto, salubri, amœno loco habebat lucum, a quo etiam advenæ teneri solebant [2]. Amico Topica ferebat Aristotelis, et cum illo dies terebat obambulans; et una, mehercule! eorum vel severa vel jocosa congressio, plus erat quam non modo hostes, sed etiam fratres ædui [3]. Facete Tullius irridebat britannicum jureconsultum [4] et animum viri qui neque in Oceano [5] natare voluisset, studiosissimus natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne andabatam quidem defraudare poterant amici. Nunc fortem virum et constantem rogabat ut ipsum de ratione belli gallici certiorem faceret, ignavissimo cuique se maximam fidem habere [6] professus; nunc in palimpsesto laudabat parcimoniam [7], in controversia *posset ne hæres, quod furtum antea factum esset, furti recte agere* [8] scientiam.

[1] Ad Fam. IX, 23.
[2] Ad Fam. VII, 20.
[3] Ibid. VII, 10.
[4] Ibid. VII, 11.
[5] Ibid. 10.
[6] Ad Fam. VII, ep. 18.
[7] Ibid. 18.
[8] Ibid. ep. 22.

III.

Quum sic conjunctissime cum Epicureis versaretur Tullius et illos optimos viros et in amicitia fideles et in omni vita constantes et graves, nec voluptate, sed officio consilia moderantes agnosceret, unde illa pertinacia qua Horti libros, doctrinamque prosequeretur? Hujus rei multæ exstabant causæ.

Præceptis enim dialecticorum et oratorum etiam sic parens ut legibus [1], ægre ferebat Tullius hæc ab Epicureis contemni. Epicurus ei non satis politus esse videtur iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur [2]. Totam hic enim dialecticam irridet, tollit definitiones, nihil de dividendo et partiendo docet : non quomodo efficiatur, concludaturque ratio tradit; non qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur ostendit [3]. Quin etiam disputant Epicurei, nihil opus esse ei, qui philosophus futurus sit, scire litteras [4]; nec ullam artem esse nec dicendi, nec disserendi, putant [5]. Profitentur ipsi se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribere. Nihil revera olent ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis [6]. Mandare autem quemquam litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere

[1] Acad. I, c. 2.
[2] De Fin. I, c. 7.
[3] De Fin. I, c. 7.
[4] De Fin. II, 4.
[5] Acad. I, c. 2.
[6] De Nat. D. I, c. 26.

lectorem, nonne hominis est intemperanter abutentis et otio, et litteris [1]?

Ad istam inscitiam summa accedebat arrogantia, mirificus cæterorum contemptus. Sibi fidentes non modo Epicurus et Metrodorus et Hermarchus contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, sed meretricula Leontium contra Theophrastum scribere ausa est, scito illa quidem sermone et attico, sed tamen [2]. Zeno non eos solum qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæteros figebat maledictis; sed Socratem ipsum, parentem philosophiæ, latino verbo utens, scurram atticum fuisse dicebat, Chrysippum nunquam nisi Chesippum vocabat [3]. Uti Epicurus alios, nescio quid in philosophia dissentientes, totis voluminibus concidebat, sic ne magistris quidem parcebat. In Democritum ipsum quem secutus est fuit ingratus, Nausiphanem magistrum, a quo se nihil didicisse affirmabat, non male minus accepit [4]. Eamdem latini usurpabant insolentiam. Sic Velleius in illo *De Natura Deorum*, quum tanquam senatum philosophorum recitavit, summos viros desipere, delirare, somniare, dementes esse dicit. Mox fidenter sane, ut solent isti, nihil tam verens quam ne dubitare aliqua de re videretur; tanquam modo ex Deorum concilio et ex Epicuri intermundiis descendisset: « Audite inquit, non futiles commentitiasque sen- » tias [5]... » Ne mirere si istos minime probaret Tullius qui, graviter sancteque institutus, Socratem, Platonem, Aristotelem principes ingenii et doctrinæ prædicabat [6], vere-

[1] Tusc. I, c. 3.
[2] De Nat. Deor. I, c. 33.
[3] Ibid. 34.
[4] Ibid. 33.
[5] Ibid. I, 4.
[6] Passim et ad Q. Fr. I, 10.

batur que. Notus etiam ejus erga magistros gratus animus. Illos ubique et in libris et in epistolis effert[1] laudibus. Qua igitur mente in eos esse poterat qui tam immemores impudentesque se gerebant?

Generosa et magnifica sapiebat Cicero qui hanc sæpe usurpabat a Platone orationem : « Non[2] nobis solis nati » sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem » amici. » Longe aliter sentiebant Epicurei. Dictitabant : Sapientes omnia sua causa facere; rempublicam capessere hominem bene sanum non oportere; nihil esse præstabilius otiosa vita et plena et conferta voluptatibus[3]. Voluptatem vero, Tullio teste, ventre metiebantur, omne bonum in visceribus medullisque condentes[4]. Sic, ait[5], te ipse adjicies atque prosternes, ut nihil inter te, atque pecudem aliquam putes interesse? Quæ[6] quidem mihi vox pecudum videtur esse, non hominum.

Quantis curis, quanto afficiebatur mœrore, quum audiret amicos utilitate comparandos, omnia referenda ad utilitatem suam[7]. Si amicitiam ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum nostrarum. Prata et arva et pecudum greges diliguntur isto modo quod fructus ex eis capiuntur : hominum caritas et amicitia gratuita est. Tunc meminerat exilii et litterarum quas ad Atticum scripserat : « Ego si me aliquando ves» tri et patriæ compotem fortuna fecerit, certe efficiam

[1] Vide ad Att. II, 20; Acad. II, 3; Tuscul. II, 35; Ad Brut. ep. 89, Acad. 43, 35, etc.

[2] De Off. 1, 7; De Fin. 2, 14.

[3] Pro Sextio c. 10.

[4] Tusc. l. V, c. 9.

[5] Parad. I, 1.

[6] Parad. I, c. 3.

[7] De N. D. 1, 44.

» ut maxime lætere unus ex omnibus amicis... Si quan-
» tum me amas et amasti, tantum amare *deberes ac debuisses*, nunquam esses passus, me, quo tu abundabas,
» egere consilio..... Quod meritis meis perfectum esse
» potuit, ut dies et noctes quid mihi faciendum esset,
» cogitares, id abs te, meo, non tuo scelere prætermissum est..... Meam amentiam accuso, quod a te tantum
» amari, quantum ego vellem putavi. »

Ne parentum quidem erga natos dilectionem probabant Epicurei. Eam ex consuetudine et usu non e natura oriri affirmabant; inde rumores et calumniæ Tulliolam deamare Ciceronem et hoc illum certe monuerat Atticus. Itaque postea scribebat Tullius amico[1] : « Filiola tua te » delectari lætor et probari tibi, φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ » τέκνα. Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse » ad hominem naturæ adjunctio, qua sublata, vitæ societas tollitur. »

Tollebatur etiam futurum, et illa solatia quæ ex immortalitatis spe, amissa Tulliola, haurire solebat Cicero. Exsultantes enim dicebant se, quum tempus mortis venisset, totos esse perituros[2]. Tullius contra mortem portum paratum nobis et perfugium putabat[3]. « Quo quum venerimus, aiebat, tum denique vivemus, nam hæc quidem » vita mors[4] est. »

Quum præterea ad πρᾶξιν omnia Romæ tenderent, ea minime probari poterat Tullio non animosa sententia pro qua non in senatu, non in concione, non apud exercitum, neque apud censores dicere ausi essent Epicurei[5].

[1] VII, 2.
[2] Tusc. I, 21.
[3] Ibid., 49.
[4] Ibid. 33.
[5] Tusc. III, c. 21.

Philosophia quæ susceperat patrocinium voluptatis, etsi multis vera videretur, non placere tamen poterat ei viro, qui auctor publici consilii, et gerendæ civitatis dux, et sententiæ atque eloquentiæ princeps in senatu, in populo, in causis publicis esse volebat[1]. Inde odium : illæ enim disciplinæ nulla officii præcepta firma, stabilia, conjuncta naturæ tradere poterant[2]. Illis sane reipublicæ eversionem adscribebat; indignabatur τὸ μὴ πολιτεύεσθαι Epicureorum, qui nihil prorsus aliud curantes nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos, patriam deserebant, digitoque se cœlum putabant attingere, si mulli barbati essent, qui ad manum accederent[3]. Mœrens recordabatur Tullius quam bella ipso gubernante civitas fuisset; quum igitur Attico scriberet : « Nullus dolor me angit, « domus me et rura nostra delectant, fratrem meum et te « si habebo, per me ista pedibus trahantur[4], » cave ne existimes Tullium abjecisse curam reipublicæ. Sic tibi persuade eum dies et noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut cives salvi liberique sint. Nullum locum prætermittit monendi, agendi, providendi : hoc denique animo est, ut si in hac cura atque administratione vita illi ponenda sit, præclare actum secum putet[5].

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Hæc amicis scribit, nec illa inania verba : Occiso enim C. J. Cæsare animo virili, consilio puerili, privatas litteras concione publica confirmavit, sic Antonium compel-

[1] De Orat. III, 17.
[2] De Off. I, c. 2.
[3] Passim ad Att. I, 19; Parad. V, etc.
[4] Ad Att. IV, 16.
[5] Ad Fam. IX, 24.

lans : « Defendi rempublicam adolescens, non deseram » senex : contempsi Catilinæ gladios, non pertimescam » tuos[1]. » Crudeli nece interiit, sed moriens merito dicere potuit : « Præclara conscientia sustentor, quum cogito, me » de republica aut meruisse optime quum potuerim ; aut » certe nunquam, nisi divine, cogitasse ; eaque ipsa tem- » pestate eversam esse rempublicam, quam ego quatuor- » decim annis ante prospexerim[2]. »

Cum Tullio quasi periere illæ omnes generosæ sententiæ, quas jactare et vita sua confirmare solebat. Eas forte interdum usurpabunt viri quidam sapientes, præteriti temporis non obliti, nulla vero inde utilitas ; non jam enim cum moribus consentient. Epicuri autem ratio, cui in republica ἀδιαφορία servitiumque favebunt, in dies grassabitur ; quumque cæteræ disciplinæ, utpote liberiore cœlo indigentes marcescent, florebit Hortus.

Vidi ac perlegi,

Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona, d. v kal. april. ann. MDCCCXLI.

Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi decanus,

J. Vict. LE CLERC.

Typis mandetur.

ROUSSELLE,

Studiorum inspector, procurandis Academiæ Parisiensis rebus præpositus.

Has theses tueri et dilucidare conabitur ad doctoris gradum promovendus Alexander Olleris, in Facultate Litterarum jam licentiatus.

[1] Philip. II, c. 43.

[2] Ad Att. X, 4.